

Sigismundus I. Rex Polonia
Optimatibus Regni Hungariae

Quia in Christo Pater et Dñe Amice Vri Char-
ritate ac honorantime. Compertam habentes be-
nivolentiam, et Studium v're R'me P. erga Nos
et res Vras, leticia et Consolatione qua a Dño
Deo cepimus illi significare volumus. Aucti enim
sumus commodu felicissima prole, mascula, qua
si divina benignitas servare dignaretur, sospi-
tem et superstitem futuram speramus, et magno
incremento Srmo familie Vrae, et Reipublice
Christiano bono Statui Vro et Srmi Dni Ludovici
Regis Nepotis Vri Charmitate ac communiu Regnor
Vroru faustam et Conducibilem. Et proinde vram
P. que bonis utriusq Vrm ex animo favere con-
suevit, nihil dubitamus, nobiscu inde pare letitia
et voluptate habitura. Que valeat feliciter, et
Nos diligat. 1520 à 17. Augusti

Sigismundus I Rex Polonia
Luca de Gorca Castellano Posnaniens
Capitaneo Maioris Poloniae

Mge sincere nobis dilecte. Intercepte sunt nuper a mi-
litibus vris multe literae quae ex Germania ad Ill Dnum
Magrū ferebantur ex quibus cognovimus multa millia
Argentum, et Peditu ei illi comparari, quae huc adversus
Nos mitti deberent, si modo conquesierint pecunia illi qui-
bus ea res est commissa, utcumq autem nos non speramus
tam cito et faule pecuniam multam in Germania inve-
niri posse, et praesertim tantam, qua multa millia mi-
litum conduci possent, volumus tamen ut tua Srtas
diligenter explorari faciat, si quae gentes illi in Germa-
nia congregarentur, et ad fines Rri bonam custodia ha-
beat, ne qua vis insperata illuc penetret, a Dnia Vra. Dnus
Magr hac forte fiducia fretus, q amici sui, et confederati iu-
vare illu deberent perstat in pertinacia et Duritia cordis
sui

sui, et solis verbis nos laetant, promittens se nobis ad
 ea quae nuper eius nuntiis, quos apud Nos post dis-
 cesum hinc tua S. habuit per Consiliarios Nros erant
 proposita, cum primum cum Subditis, et membris Ordinis
 sui consilium caperet responsurum, et postulans, ut
 haec mora, non esse nobis molesta. Quo omnia eo ten-
 dunt, ut interim habere posset sperata et promissa
 sibi auxilia, aut exercitum Nrum, fraude et dolo adori
 posset in quo sicut nullum esse bonum Ordinem, nulla mi-
 litarem disciplinam. Immo Dominus Romanorum et Hispaniarum
 Rex scribit nobis querelam coram se contra Nos per
 Illres Dominos Fredericum Palatinum Rheni, et Joachimum Mar-
 chionem Brandenburgensem depositam, ea videlicet, quod nos absque
 ulla iusta causa, et belli indictione Magrum Prussiae, et eius
 Ordinem bello aggressi simus, et terras ipsius ferro et flam-
 ma vastaremus, declarans, quod sibi sit ea res molesta
 et quod illi ut pote Mobili Membro Sacri Romanum
 Imperii deesse non posset. Velle tamen se propediem
 Oratores suos huc mittere ad componendam inter illum
 et Nos pacem perpetuam, qui cum ob longinquitatem
 itineris venire lauto cito non possint Postulat magno
 studio, ut interim Arma deponeremus. Et exerci-
 tus ex lris Ordinis deduceremus. Nos sciebamus eius
 modi querelas, apud illum Altrem per necessarios et
 amicos Dni Magri adversus Nos futuras, et ob hoc sa-
 tis tempestive Oratorem Nrum Generosum Jaroslauum
 Laski strictorem, mense nro ad illam misimus et
 miramur, quod tam diu illuc non applicuerit, utcumque
 tamen est respondebimus nunc illius Mtri, ut
 res se habet et declarabimus, quod multiplicibus in-
 juris Dni Magri et Violentes juribus Rni Nri dees-
 se bellum hoc contra ipsum gerimus parati semper ab eo
 desistere, et Arma Nra deponere, cum primum ipse offi-
 cium et Debitum suum Nobis et Regno Nro fecerit.
 Bene valeat tua S. Datt. Thornunij 17. Aug. 1520.